

dralis, sufficiat attingere etatem necessariam pro Dignitate obtinenda, abique eo quod 25. annum attingat; ex textu in cap. Licet Canon. de elect. ut per plures quos sequitur, Barbof. d. c. 16. n. 16. & 17. Nec fieri debet concursus pro illius provisione, iuxta Tridentini dispositionem sess. 24. de reform. c. 18. idem Barbof. num. 20. quia non subest dispositioni Tridentini, Gonzalez gloss. 9. n. 4. & gloss. 5. §. 7. numer. 12. quate non se faciens promovet intra annum, non subjacet poena text. in d. c. Licet Canon. de elect. per optimum text. in c. Statutum 22. de elect. Gratian. discept. 291. num. 22. Et ita unio Parochialis, Beneficio simplici, Episcopatus potest dispensare cum illegitimo; quia Parochialis assumpti naturam simplicis, & extenditur dispensatio ut possit conferri non qualificato, licet aliis aliqua particulari ratione requireret Gradum: Gonz. d. §. 7. nu. 18. Et hac ratione, si non habet curam actu, etiam si habitu eam retineat, non dicitur beneficium curatum: Gratian. late discept. 291. nu. 16. fecus autem est quoad privilegia, quoad pro privatione abique sua culpa: ut idem probat Grat. ex num. 39. de quo alibi: nec de tali Cura habituali facienda est mentio in impetratione beneficii, idem Grat. n. 44. & denique considerari debet in Canoniatu vel Dignitate, Garcia d. c. 22. ex num. 23.

100 Decimus tertius effectus est, ut unia Ecclesia accessorie, legibus ejus, cui unia est, gubernari debeat; fecus autem est, si duae remaneret: ita distinguitur omnino videndus Gratian. discept. 9. ex n. 16. usque ad 22. Gloss. & DD. in d. c. 1. ne Sede vacan. Alex. & DD. in l. 1. de leg. 1. & in l. Si ex toto, eod. tit. Bartolus in l. Si convenit, la 2. §. Si nuda, ff. de pign. act. late Cravet. de antiq. temp. p. 4. in princ. num. 55. & 56. Alex. cons. 140. n. 7. & 8. vers. Non obstant: vol. 5. Quae doctrina intelligenda est de Vnionem extinctiva tituli, ut optime distinguit Rota apud Coccin. decif. 328. num. fin. Hinc est quod Clerici Ecclesiae uniae tenentur comparere in Synodo coram Episcopo, in cuius Episcopatu unia est, & omnia jura Episcopalia solvere tenentur: c. Conquerente, de offic. Ordin. Rebuff. in praxi, d. tit. de unione, num. 5. Gonz. d. gloss. 9. n. 8. Interim tamen, donec aliud fuerit provifum, isdem legibus vel Consuetudinibus sicut ante unionem gubernari debet: Soloz. de Ind. iure, tomo 2. lib. 3. cap. 5. numer. 65.

103 Decimus quartus effectus est, quod omnia negotia Ecclesiae uniae, in illa, cui facta fuit unio, possint tractari: c. Novit, ubi DD. de offic. Legat. Ex ratione saepius allegata, quia gaudet omnibus privilegiis alterius: Rebuff. d. tit. de unione, n. penult. & seqq.

104 Decimus quintus effectus est, ut lite contestata super beneficio accessorie, non faciat litigiosum beneficium principale, ita declaravit Rota in Legionen. Praesimoniae de Palacios 16. Januarij 1595. coram Pampilio, relata per Garciam d. c. 2. n. 32.

105 Decimus sextus effectus est, quod per Unionem Praelatus Ecclesiae cui fit unio, dicitur Praelatus etiam uniae: text. in d. c. 1. ne sede vacan. Rebuff. in praxi, d. tit. de unione, n. 49. & passim DD. quo casu Cura residet penes ipsam; exercitium autem penes Vicarium; licet in rigore non dicatur Rector uniae, sed Administrator: Cassador. decif. 2. de unione. Falc. de visit. l. 2. c. 26. n. 1.

107 Decimus septimus effectus est, quod facta unione de prima Dignitate unius Ecclesiae alteri Ecclesiae, praeminentiam primatiatus amittit: nam cum unio subjectiva amittit titulum, necessarii primatiatus debet amittere: ut contra Navar. conf. 13. de reb. Eccles. sentit Garc. d. c. 2. n. 19. idque observatum fuit in Civitate Bilibitana Dioecesis Tirsanae, ubi Ecclesia Collegiata B. Mariae de Penna, unia fuit Ecclesiae S. Mariae Majoris, ubi Prior de Penna qui erat prima Dignitas, remansit secunda, & Decanus B. Mariae semper praefatus.

108 Decimus octavus effectus est, quod unio beneficio accessorie unius Dioecesis ad aliud alterius, debet conferri per Episcopum illum cui facta fuit unio: Gonz. d. gloss. 5. §. 7. n. 24. Si vero aequè principaliter facta fuerit, per utrumque Episcopum provideri debet: idem Gonz. nu. 57. de quo infra: quia primo casu, Ecclesia unia fit inferior, alia vero

superior, & Praelatus superioris fit Praelatus utriusque: Pet. de Perul. tract. de unione. c. 1. nu. 1. usque ad 4. Et hac ratione, omnia unia accessorie ad Ecclesiam Jurispatronatus, sunt ejusdem naturae: Maurus alleg. 66. n. 1.

Decimus nonus effectus est, quod Ecclesia cui facta fuit unio, teneatur omnia onera subire alterius Ecclesiae uniae: Penna dec. 1020. n. 20. secundum Lugd. Impres. Ea ratione, quia omnes fructus ad eam spectant, c. 2. c. 3. c. Conquestus de usur. late Grat. discept. 614. n. 3. Atque haec de Unione accessorie facta. Et ut uno complectar totam materiam, in Vnionem accessorie facta, omnia jura uniae transeunt in aliam, cui facta fuit unio; & idem, si enunciat Ecclesia cui fit unio, censetur evicta unia: & si solvitur census pro unia, fieri potest executio in alia: Perul. de unione. c. 2. nu. 1. & 2. atque ideo attenditur tantum principalis causa, ut de accessorio non sit quaerendum: Tondut. Saulegerius tomo 1. q. & resol. benef. c. 37. n. 13. ubi docet, quod fit in unione beneficii principalis observatum est, quod observari debebat, non esse curandum de unio.

Transeamus ergo ad secundam speciem, Vnionis, quae est de beneficiis aequè principaliter unitis. In qua profecto effectus; Vigefimus hic est, ut unio facta aequè principaliter de duabus Cathedralibus, utraque remanent in suo statu, ita ut Canonici & Praebendatos habeat distinctos; ut accidit in Cathedrali Calagurrit. & Calceaten. de qua Gonz. d. gloss. 5. §. 7. n. 29. usque ad 33. Grat. discept. 892. per totam; non potest Episcopus delinquentes unius Ecclesiae punire in alia, quia hoc esset unum alteri subijcere, & ita debet Adjunctos unice in principio cujuslibet anni facere, juxta Trid. dispositionem sess. 25. de reform. cap. 6. prout late probat Garc. d. discept. 892. ex n. 3. ubi omnia inconvenientia ponderat.

Vigefimus primus effectus est, quod propter unionem potest Episcopus duas habere Ecclesias, quia post factam unionem, una tantum reputatur, nec inducitur incompatibilitas, Gonz. d. §. 7. nu. 21. late Grat. d. discept. 655. per totam; ubi ex professo disputat materiam in Episcopatu Verbiten. & Tuscanen. invicem unis: Eruta utraque Ecclesia remanet Episcopalis, sed unius Episcopus praerit utriusque, d. c. Et temporis qualitas, 16. n. 1. Anchar. in d. c. 1. ne sede vacan. Caccialupus d. tract. de unione. c. 2. Rebuff. in praxi tit. de Vnion. à nu. 15. Imò propter tenuitatem unius, possunt non facta unione, similiter potest praefidere duabus Ecclesiis: c. Vnic. de atat. & qualitat. cap. Eam re, de relig. domib. quod neutiquam est in Matrimonio Carnali, c. Gaudemus, de divor. Et ideo in quolibet Episcopatu seu Ecclesia residens, censetur in alia residentiam facere, quia una Dioecesis reputatur: Barb. in Past. alleg. 54. n. 131. & de unio. iur. Eccl. l. 3. c. 1. n. 21. & 22. atque ideo Jurisdictionem exercet in loco unio, c. Cum Episcopus, de offic. Ordin. in 6. & potest visitare, & omnia Jurisdictionis munia exercere, juxta tex. in c. cum Apostolus, de Censibus, & subditi utriusque coram illo Episcopo possunt conveniri, c. fin. de Const. in 6. Rebuff. supra, ex n. 50. cum seqq. Imò etiam revocata unione, licet de sui natura omnia in pristinum revocatio reducat cap. 1. ne Sede vacan. Rebuff. in praxi, tit. de revocat. unionis, n. 38. Garc. d. p. 12. c. 2. in fine, tamen Praelatus durante vita sua utramque gubernari Ecclesias: ut idem docet Rebuff. n. 44. quia titulus ejus perpetuus est: c. Si gratiose, de rescrip. in 6. c. Satis perversum, 56.

Vigefimus secundus effectus est, quod facta unione de duabus Cathedralibus aequè principaliter, Canonici sunt utriusque Ecclesiae Canonici, & faciunt unum Corpus, Garc. d. p. 12. c. 2. n. 11. Et sic beneficia unius Ecclesiae sunt beneficia alterius: Pute. decif. 432. in correct. Barbof. de unio. iur. Eccl. d. l. 3. c. 16. n. 6. Quod procedit in actibus habito respectu ad ipsos Canonicos, non vero ad Episcopum, & ad ea quae ad ipsum solum spectant; ut pluribus docet Grat. discept. 655. n. 40. & 41. quod indiget explicatione; nam si per Unionem non alteretur status Ecclesiae uniae, hoc est, unio fit de Ecclesiis; non vero de bonis ipsarum, non sunt Canonici unius, Canonici alterius: quia tantum fit unio respectu Episcopi, vel Rectoris, quoad gubernium: Gonz. d. §. 7. nu. 122. Garcia cum pluribus dist. p. 12. c. 2. n. 27. Et hinc

hinc est quod si Beneficiati seu Rectores unius ex ii. unitis, amittant Congruam, non est supplenda ex fructibus alterius, sed Parochiani ad illam contribuere tenentur, vel alio modo succurrendum est: ut voluit Rota decif. 72. p. 2. divers. Gonz. num. 113. quia cum in hac unione unum quodque beneficium in sua remaneat natura, defecum servituti unius, alterum beneficium supplere non tenetur. Et quare libet Ecclesia five Dioecesis suis legibus debet gubernari, quia sua conservat privilegia, nec per unionem praecise alteratur status Ecclesiae uniae, sed in ea amore solito debet deserviri: Rota dec. 133. n. 1. p. 2. diuer. Et si defecerint Ministri, Clerici debent deputari perpetui stante obligatione residendi; ut in Collegiata probat Rota dec. 758. nu. 2. & 3. p. 1. divers. Garcia d. c. 2. n. 35. Et ex eadem ratione, si Ecclesia unia aequè principaliter erat exempta, per Unionem aequè principaliter factam non amittit exemptionem: Gemin. in c. 1. §. fin. col. 2. de priuil. in 6. Felin. in c. In nostra, n. 30. de rescrip. Ripa in l. 1. n. 13. ff. de leg. 1. Azor. Inst. mor. p. 2. l. 6. c. 28. q. 2. Fulv. Pacian. l. 1. de probat. c. 27. num. 59. Ita etiam si ante Unionem unaeque Ecclesiae fruebatur privilegia Cathedralis, multo magis post Unionem, etiam si non esset erecta Cathedralis; quo casu nec Canonici unius, erunt Canonici alterius Ecclesiae: Gloss. in d. c. Et temporis: quam sequuntur ibi. Archid. Bellam. Turrecrem. n. 3. idem Anchar. in c. 1. n. 4. ne sede vacan. Pacian. dist. c. 27. n. 47. & 62. & de hoc modo Unionis loquuntur Gratian. & Gonzal. supra allegati, exemplum adducentes in Ecclesia Calagurrit. & Calceaten. ubi distinctae sunt praebendae. Et hoc est quod docet DD. afferentes in Contractibus mixtis, sub nomine unius Ecclesiae factis alteram non obligari, & Praelatum debere nomine illius, de cuius interesse tractatur, celebrare: Anchar. conf. 142. num. 2. Pacian. supra num. 58.

Si vero unio fiat quoad bona, Canonici unius, erunt Canonici alterius: ut contingit in Ecclesia Gienen. & Baccen. in quibus Canonici unius, sunt etiam Canonici alterius; & Episcopus prohibito facit infervere in una, vel in alia Ecclesia: quo casu si electio ad Capitulum spectat, duo Capitula simul eligent, & electio fiet in loco ubi conventum est, vel ubi mos fuerit: argumentum text. in c. Pastoralis, de rescrip. Caccialup. de Vnion. art. 2. n. 9. & art. 9. Idem autem est de aliis beneficiis ad ipsas Ecclesias spectantibus, quorum provifio ab omnibus fieri debet in loco, ubi conventum est, per ea quae in puncto docet Garcia d. c. 2. n. 48. Et de hac doctrina Unionis vel Unitatis vide optimam & Magistralem decisionem Verellen. Vnitatis Capituli apud Othobon. dec. 4. ubi ex quibus unitas Capituli five Unio Ecclesiarum probeatur, invenies.

Vigefimus tertius effectus est, quod si unio fiat aequè principaliter, non mutat naturam beneficiorum; & ita si una Ecclesia erat Cathedralis, altera Abbatialis, Praelatus erit Episcopus unius, & Abbas alterius: argumentum text. in c. 2. de relig. domi. quia per talem unionem Ecclesia non mutat statum: c. Felix, 16. q. 1. & per text. in c. De quorum, de consecrat. dist. 1. tradit Caccialup. de unione, art. 8. nu. 1. ex ratione universalis dicta, quia unaequeque unitur cum suis privilegiis: idem Caccialup. plura refert ubi supra num. 4. vers. septimo quero: Gloss. in d. c. Et temporis, verb. unius, ubi Archidiacon. n. 4. & 5. Sali. observat. 61. n. 10. & 11. Rota dec. 73. tom. 2. in novissim. quam doctrinam distinguunt Aliqui in Unione, vel in Translatione, ita ut in Unione retineantur privilegia, per Translationem vero amittantur, quasi procedat unio, non vero translatio: quod verum est in his quae concernunt personam, non vero rem: ita Rebuff. in praxi, tit. de Translat. Episcopi, pag. mihi 505. & seqq. Quod alii limitant ad Translationem quae fit per viam Unionis, in qua semper remanent privilegia: Innoc. in c. 1. de nou. oper. munit. Rebuff. in praxi, tit. de Translat. Episcopi, n. 11. Natta conf. 62. n. 6. Et ita observatur in Ecclesia Aretina, quae habet duas Ecclesias, quarum una est Cathedralis, & alia Collegialis, & tamen ambe sunt Episcopales; ut testatur Card. Tusch. Praetic. Concl. lit. E. concl. 298. nu. 2. ubi num. 3. idem asserti de Ecclesia Rhegensis, quae habet Cathedralis & Collegiatam S. Prosperei; de qua Unione videndi sunt Joan. Andreas, Anton. de Butt.

& Gemin. in cap. Quamvis plenissima, de praeben. in 6. circa finem, ubidem testatur de Ecclesia Visuntin. Feltrun. & Belunen. de quibus Cardin. Zabarella confogo. per totum, & Cardin. Tusch. supra num. 4. ubi de communi usu Italiae testatur.

Vigefimus quartus effectus est, quod unio duo beneficia aequè principaliter, licet non inducat incompatibilitatem, tamen in impetratione facienda est mentio utriusque, & ad hoc sufficit Clausula generalis, cum annexis, quae operatur sufficientem expressionem: late Garcia d. c. 2. n. 41. cum seqq.

De Unitis vero ad vitam, effectus Vigefimus quintus est, ut unio beneficio reservato ratione mensis alteri beneficio ad vitam, non ex eo tollitur reservatio, sed suspenditur; ideo ipso vacante per illum ad cuius favorem facta fuit unio, reservatum est, quia vacat ut prius, & effectus reservationis non tollitur, nisi per Papam, quia talis unio ad vitam non extinguit reservationem, sed facit illam dormire: late Gonz. d. §. 7. ex n. 140. usque ad 145.

In Unione vero quae fit quoad spiritualia, scire oportet, & effectus Vigefimus sextus est, quod mortuo uno de fratribus vel Clericis illius Ecclesiae, in utraque pro anima illius celebrantur Officia Mortuorum, & alia sunt Suffragia, de quibus in c. fin. de testam. Caccialupus dist. 98. nu. 1.

Sunt praeterea diversis aliis effectus Unionis communes omnibus, in quibus nulla est differentia: & profecto numero supra didictorum, Vigefimus septimus effectus est, quod unio facta propter augmentum cultus divini, non est nulla ex eo, quod facta fuerit de beneficio reservato, cum ex generali reservatione nunquam censetur Summus Pontifex velle impedire dispositiones, quae sunt propter utilitatem vel necessitatem Ecclesiae, Bellam. in Clem. 2. nu. 35. cum seqq. de reb. Eccl. non alien. Grat. discept. 278. numer. 6.

Vigefimus octavus effectus est, quod beneficium resignatum ex causa Unionis, non indiget publicatione: Caputaq. dec. 345. p. 3. Seraph. dec. 1309. n. 5.

Vigefimus nonus effectus est, quod in beneficio unito non habet locum Regula de Triennali, quia extincto titulo non potest vacare: Garcia late d. cap. 2. n. 27. Tondutus de Sauleger. in quest. & resol. benef. c. 8. §. n. 62. Gonzalez d. Regul. 7. nu. 8. & 9. ubi n. 10. & 12. docet praedictam Regulam intelligendam esse, quando opponitur de Triennali, ex parte ejus qui fundatur in Unione, fecus autem si opponatur ex parte possidentis, cum ipse possit pretendere nullam fuisse Unionem. Praedicta autem Conclusio limitatur ut non procedat in Regula de Annali, quia hac non requirit titulum, & ita obtinens beneficium unitum, potest excipere de unione; ut resoluit Rota, quam sequitur Garcia d. c. 2. ex num. 30.

Trigefimus effectus est, quod Annata quae ex concessione Apostolica solvitur Ecclesiae Cathedrali, de beneficiis vacantibus; quae reperitur in Ecclesia Metropolitana Birgenfi, de solvendo annum cum dimidio, non debet solvi de beneficiis unitis: quia nunquam vacant, abique eo quod obstat Jus Capituli in unione reservatum fuisse: quia haec Regula procedit in his, in quibus datur compatibilitas, veluti in Pensione quae non vacat; fecus est in incompatilibus: Quare non data vacatione, impossibile est quod debeat Annata: de quo est optima decisio Seraph. 1410. ex num. 18. cum seqq. & late profertur eadem Rota in Burgen. Quindennium, 10. Maji 1605. quae est dec. 1020. Penna per tot. ubi late hanc materiam pertractat, secundum Lugdun. Impres.

Trigefimus primus effectus est, quod unia Parochialis ad Ecclesiam Cathedralem, non potest unio operari praecedentiam, nisi Rectores effecti sint de gremio Ecclesiae; ut voluit Rota dec. 326. n. 5. p. 2. in noviss. divers. fecus autem est, si beneficia curata simplicibus annectantur; quo casu in simplicium transeunt naturam: ut ex Sacra Congreg. docet Gonz. d. §. 7. n. 7. & 8.

Trigefimus secundus effectus est, quod Causa Unionis, non dicitur Causa benefitialis: ut pluries declaravit Rota.

Frances de Eccles. Cathedr.

dissolvitur: text. in c. Cum M. de constitut. cui adde Cardinale conf. 96.

285 Insuper probatur, quia facta ob bellum, vel ob deficientiam populi, cessante bello, vel reverso populo, unio cessabit: cap. Quia, de relig. domib. cap. fin. de Paroch. cap. 1. de verb. signif. lib. 6. ea ratione, quia quod atrocitas seu calamitas belli introduxit, pacis lenitas sopire debet: l. unio. in princip. C. de Caduc. tollend. & sicut necessitatem patientes, ea cessante, coguntur renuntiare beneficiis, quae miseracionis causa eis concessa fuerunt, cap. fin. vers. Sed obijcit, 25. q. ult. Rebuff. in praxi, in reg. 21. de Vnionibus, tit. de unionis revocat. n. 3.

288 Quibus non obstantibus, semper prima sententia tenenda est, quae optimè probatur ex text. in c. fin. de privil. ubi privilegium semel questum non mutatur, etsi qualitas rei, fructive varietur: cui adde Valenz. consil. 33. n. 60. quam doctrinam ut facilius intelligamus, distinguendi sunt duo casus, prior est, an cessante causa unionis, unio seu Ecclesiarum conjunctio dissolvi queat? posterior est, an sit ipso facto dissoluta: In primo, certum est posse dissolvi, sed auctoritate illius qui unionem concessit, ut advertit Azor. d. 2. p. 1.6. c. 28. q. 1. Fulf. de Vist. d. l. 2. cap. 26. num. 17. In secundo, qui est nosster, contrarium procedit, ex rationibus adductis: & secundum hanc distinctionem loquuntur Jura & DD. argumento text. in cap. Post translationem, de renunt. ubi Gloss. Cessante: atque ita si propter paupertatem facta fuit unio, auctis facultatibus revocari potest; sicut excrecentibus facultatibus, numerus augetur Canonicorum: cap. Cum M. de Constit. atque ita si unio Monasterii facta fuit, quia situm erat in medio Nationis perverse, iuxta text. in cap. officij, de elect. cessante perveritate, revocari poterit unio: & idem in loco ab hostibus capto, secundum dispositionem text. in cap. fin. de Paroch. vel loco deserto, secundum text. in cap. 1. de verb. signif. vel fervente persecutionis rabie, de qua in cap. Post translationem, de renunt. vel propter malitiam plebis, ut in cap. Nisi cum pridem, §. Propter malitiam, de renunt. Et facta unio propter utilitatem, si cesset utilitas, revocari debet: c. 1. ne Sede vacante: & hoc à Superiore, qui providere debet: cap. Ne pro defectu, cap. Nihil, de elect. c. c. Cipientes, cap. Indemnitatis eodem tit. lib. 6. latè Camppegus d. tract. de Vnion. ex num. 10. qui optimè hanc materiam declarat. Eandem etiam prosequitur doctrinam Petrus de Peru. tract. de revocat. unionis, cap. 1. in princ. Garcias de benef. 12. par. cap. 2. ex numer. 305. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 11. num. 514. præcipue in gratia perfecta; ut ex Suarez de leg. lib. 8. cap. 30. numer. 3. & Monet. numer. 517.

294 Hinc etiam Caccialup. tract. de union. art. 1. in princ. ponit hanc Regulam generalem, quod cessante causa, ille potest solvere unionem, qui potuit eam facere: l. si potest, ff. de acquir. hered. l. 3. ff. de re iudic. cap. 1. de reg. iur. in 6. l. Nihil tam naturale, eod. tit. cum vulga. qua ratione unio facta de Ecclesia debili, quæ ad pinguiorem redit fortunam, non dissolvitur ipso jure, secundum veriore; tribuit tamen justam causam dissolutioni: ut optimè contra Archid. in cap. Vnio, 10. quest. 3. & alios tenet Caccialupus ubi proxime, n. 4. Quod confirmatur: nam cum Jura prædicta verbo, potest, utantur, non necessitatem, sed voluntatem important, Regula, beneficium, de reg. iur. in 6. Petr. de Peru. tract. de union. c. 11. num. 4. ideo possibilitatem revocandi unionem contrario imperio, idest auctoritate ejusdem Superioris, potius quam cessare ipso jure dicendum est.

297 Quæ doctrina sine difficultate procedit; quia justa existente causa, dissolutio vnionis ab eodem qui potest unire fieri debet, vocatis his quibus præjudicium generari potest, & cause cognitione precedente: c. 1. in fine, ne sede vacant. c. ult. de elect. in 6. taliter quod si Beneficium seu Ecclesia ad duas spectaret Dioeceses, utriusque Episcopum in dissolutione vocari necesse est: cap. Sicut unire, de excess. Pralat. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 6. c. 29. in fin. Tambur. de iure Abb. tom. 3. disp. 15. q. 7. nu. fin. Et ita revocata unione, Ecclesia remanet ut ante unionem; taliter quod si an-

tea erat Parochialis, remanet Parochialis, si Cathedralis, utique suo proprio Prelato subiacitur: c. Novit, ne sed. vacant. Petrus de revocat. union. c. 7. hoc idem etiam deducitur ex decis. 642. num. 3. p. 3. in noviss. divers. ubi non revocata fuit unio, quia una ex causis subsistebat: si ergo de Jure revocata esset, & non veniret revocanda, ad quod litigium? Cui adde Valenz. conf. 22. numer. 35. ad idem Menoch. conf. 402. num. 89.

Hæc autem resolutio limitatur, ut si unio facta fuerit sub aliqua conditione, tamquam sub incerto tempore, definit ac cessat definite tali conditione: prout in quolibet privilegio: ut docent Monet. de Commut. ult. vol. c. 8. q. 4. conf. 2. & c. 11. n. 508. Suar. de leg. lib. 8. c. 29. n. 5. Quod si quætas quid intersit inter Unionem, & illius Revocationem, pro interpretatione text. in c. 1. ne sed. vacant. ubi statuitur unionem factam Episcopatu, Sede vacante, revocari non posse: ut ibi communiter resoluunt DD. non obstante quod unio Sede vacante fieri possit: Clem. 2. de reb. Eccles. non alien. Respondetur ex unione utriusque Ecclesie commodum & utilitatem asserri, quandoquidem paupertas Ecclesie reparatur: c. Vnio, 10. q. 3. c. Et temporis, 16. q. 1. c. Exposuisti, de preben. & Ecclesia, cui unitor, amplificatur: At verò per dissolutionem jam legitime factam, utriusque Ecclesie præjudicium inferitur; unitor quidem, quia antiquam redit paupertatem, & etiam privilegia amittit digniora, quæ per unionem acquisiverit; Ecclesia verò, cui unio facta fuit, similiter perdit superiorem, & ejus auctoritas minuitur: quare mirum non est, si unio Sede vacante fieri possit, dissolutio vero unionis econtra: quam differentiam non percipit Rebuff. contrarium sentiens in prax. tit. de revocat. union. numer. 13. eam tamen tradunt Caccialup. tract. de union. art. 9. num. 1. Petrus de Peru. eod. tract. c. 9. num. 2. & Barb. in Collect. ad text. in dicit. c. 1. ne sed. vacant. n. 1.

Quare Ecclesia quæ olim fuit Collegiata, si destruat, adhuc tamen Collegiata remanet; ita ut si ad antiquum redeat statum, uteretur jure Collegii, sine nova concessione, nisi auctoritate Superioris fuerit destructum Collegium: quod idem est ac translatum; Mascard. conc. 584. num. 5. Felin. in c. Accedentes, num. 2. de rescript. & alii quos sequitur Monet. de Comm. ult. vol. c. 11. num. 37.

Hæc autem quæ de causis unionum cessantibus adduximus, ut sint iuste causæ iuste revocandi ac dissolviendi, intelligenda sunt, si omnino causa cessavit; secus autem si adhuc reliquæ remanserunt: quo casu non extinguitur unio: ut probat Tiracq. in tract. Cessante causa, limit. 16. à num. 1. usque ad 8. Sanchez de Matr. lib. 8. disp. 30. num. 8. qui declarat procedere, etiam si reliquæ remanentes non sufficerent ad concessionem, Monet. d. cap. 11. num. 515. unde durante aliqua causa, vel si in aliquibus singularibus aliqua causa conservetur, remanet etiam effectus: l. Jura, ff. de legib. quia durante causa non cessat effectus: Gloss. in c. Cum accessissent, de constit. DD. in l. generaliter, C. de Episc. & Cler. & in c. cum cessante, de appell. Valenz. conf. 94. num. 34.

Verum hæc quæ docuimus, limitanda sunt in Ecclesia debili vel paupere, quæ his de causis unita fuit, cuius fructus etiam si excreverint, unio non dissolvitur: ut cum Perus. Zenze. & Azor. probat Garcia dicit. cap. 2. numer. 306. licet ex hac causa possit per se dissolvi unionem, præcipue si ambae factæ fuerint divites: Fulf. dicit. lib. 2. cap. 26. numer. 27.

Dubitat præterea, an in unione facta à Papa, causa requiratur, ut valida sit? In qua firmiter, absque dubio, & sine trepidatione dicendum est etiam sine causa valere: ex his quæ fusiè infra. c. 10. de variis dubijs que in erectione novarum Cathedralium se offerunt, lato calamo tradidimus: & latè defendit Solorzano de Indiar. iur. tom. 2. lib. 3. c. 5. num. 16. ubi plures refert. Verum quia in hac questione contrariam sententiam sequitur fuit Monet. de commut. ult. volunt. c. 11. q. 6. ex n. 372. ideo præcise ejus fundamenta expendere, ut eorum debilitate ostensa, à Communi nemo audeat discedere. In primis enim ait: idem procedere in Commutatione ultimarum voluntatum, quæ à Causis pijs dependit,

in quibus Romanus Pontifex universalem habet dominium. Sed causa, ut diximus, respicit iudicium animæ internum Papæ, non verò externum; cum alias daretur Judex super Populum, quid de causa cognosceret, quem in Terris non possamus invenire.

Præterea adducit pro sua opinione Rebuff. in tit. de vnion. benef. num. 38. & 44. & Azor. inst. mor. p. 2. lib. 6. cap. 28. q. 4. ubi docent, quod & si Papa unionem faciat, requiritur quod de causa inquiretur in partibus, aliàs non valebit unio: quod & confirmat ex reg. 21. nunc 22. Cancellar. ubi uniones factas sub certa Regula, si non ex rationabilibus & veris causis facta fuerint, licet Apostolicæ Sedis auctoritas interveniret, revocabit iustitia mediante. Quod & confirmat ex Trid. sess. 7. c. 6. de reform. ubi loquens de unionibus à Sede Apostolicæ emanatis à quadraginta annis retrò, statuit ut Ordinarii tanquam Sedis Apostolicæ Delegati cognoscant & examinent, & quæ per subreptionem vel obreptionem obtenta fuerint, irritæ declarentur, eæ verò quæ integrum non fortiter fuerint effectum, & quæ deinceps ad cuiusvis instantiam fieri, nisi eas ex legitimis & rationabilibus causis coram loci Ordinario, vocatis iis quorum interest, verificandis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtenta præsumantur; ac propterea nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant; quod apertius confirmatur ex eodem Trid. sess. 25. c. 9. de rescript. ubi præcipit Episcopos revocare uniones, quas reperierint non esse factas ob evidentem Ecclesie vel Beneficij seu Dignitatis necessitatem, ipsaque Ecclesie sic unitas reducere in pristinum statum: atque ex his, pro sua opinione adducit Moneta, Garciam de benef. 12. p. cap. 4. per tot. & in divisione Episcopatum text. in c. Præcipimus, 16. q. 1. Extrav. 11. Joan. XXII. de concess. preben. & Extrav. Salvator, de præbend. inter Communes.

Hæc sunt fundamenta Monetæ, quibus motus à Communi sententia discessit: quibus etiam uno verbo Respondetur, si advertentis omnia hæc probare tantum Romanum Pontificem nolle uti suprema seu absoluta potestate in mutando & uniendo Ecclesias pro libito voluntatis, sed iustis de causis: nec enim contrarium asseruit Rebuff. etenim in praxi, tit. de unio. num. 38. tantum dixit, quod facta unio sine causa non valet, quia est contra. Jus ordinarium: hoc tamen non probat Papam manus habere ligatas, ut si velit sine causa eam non possit concedere. Et licet numer. 44. dicat, quod etsi Papa eam faciat, requiritur quod de causa inquiretur in Partibus, aliàs non valebit unio, per Regulam 21. Cancellaria, vel saltem annullabitur; tamen hoc Catholicè intelligendum est, ut non in Partibus per viam appellationis cognoscatur, cum appellatio semper debeat esse ad Superiorem, ut latissimè probat Scaccia de appell. q. 2. ex num. 5. ubi num. 7. ait, neque per Statutum, Contrarium posse introduci: ita etiam docet Rebuff. de appellat. in præfat. num. 5. tom. 3. fol. 475. sed quoad usque per viam supplicationis consulatur Romanus ipse Pontifex, per doctrinam text. in cap. Si quando, de rescript. ubi Alexander III. Archiepiscopo Ravennaten. ita scribit: Si quando aliqua tua fraternitas dirigitur, que animatum exasperari videntur, turbari non debes. Et infra: Qualitatem negotij pro quo tibi scribitur diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas quare adimplere non possis, rationabilem causam præstendas; quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod pro va nobis fuerit in situacione suggestum. Ecce quomodo mandatum est validum, ut optimè probat Barb. in Collect. ad illum text. num. 2. post medium, ex illis verbis: Patienter sustinebimus, que supponunt validitatem; aliàs simpliciter diceretur ne mandatum exequeretur; juxta text. in cap. Ad aures, eod. tit. de rescript. in c. Cum teneamur, de præbend. Azor. verò nequaquam id tractat in d. qu. 4. sed quibus de causis fieri debeat unio per Supplicationem ad ipsam Papam, per ipsum concedentem suspenditur, nequaquam verò per Appellationem.

Quare jam patet responsum ad Regul. 21. Cancellariae, & ad dispositiones Tridentini supra relatas: In quibus omnibus Papa declarat, quod si cause unionis non fuerint veræ,

revocabitur. Quæ dispositio potius nostram firmam opinionem; nam revocatio unionis, illius apponit validitatem: ergo etiam si ex falsa causa fuerit facta valebit, eodem sumptu Argumento à decisione text. in d. cap. Si quando, supra ponderati. Quod expressè confirmatur ex eisdem doctrinis pro parte adversa ponderatis: nam in Regula 21. Cancellaria, quæ est de Unione beneficiorum, certa præscribitur forma, sub qua vult Romanus Pontifex unionem fieri, & aliter factam non valere declarat; ergo seclusa illius Regula dispositione, unio valebat, ergo Romanus Pontifex (sicut inferiores Prælati) manus non habet alligatas: ut perpetram Rebuff. & Moneta existimant.

Insuper Concil. Trid. sess. 7. c. 6. irritas declarat Uniones, quæ contra illius decreti dispositionem factæ fuerint, tanquam per subreptionem obrentas: quod est id ipsum quod antea generaliter statutum erat in d. c. Si quando: cujus responsum hic repetere non est opus.

Insuper & Rebuff. hoc idem agnoscit ex eadem doctrina: nam in d. Regula de Unione, d. num. 44. ait: Revocanda esse unionem contra factam, per decretum Concilij Constantiensis; ubi sic statuitur: Vniones & incorporaciones à tempore obitus Greg. II. factas seu concessas, cum certa Regula dari non possit, ad querelas eorum quorum interest, nisi fuerint impetrantes beneficia sic unita persone; si non ex rationabilibus causis & veris factæ fuerint, licet Apostolicæ Sedis auctoritas intervenierit, revocabimus iustitia mediante. Ex quo praxis inolevit Gallorum post dictum Concilium, ut uniones non recipiantur, si fuerint factæ in favorem personarum, sed appellatur, & Senatus tanquam abusivas eas rejicit, urpote factas contra mentem Romani Pontificis: Idemque Rebuffus affirmat (nec aliàs negare poterat) talem unionem valere revocata Regula Cancellariae, ut expressè testatur in ea gloss. 10. quando videlicet à Papa fit in forma gratiosa, tunc enim Commissio non fit, quia huic Regule derogatur. Ad idem videndus idem Rebuff. in prax. tit. de Vnionis revocatione, n. 30. 31. & 32. Quod melius confirmat Moneta d. c. 11. ex num. 433. ubi ait, mutationes factas à Romano Pontifice in forma gratiosa, ab infirmitatibus exequi debere absque ulla justificatione; quia ex tali fortuna justificatæ censentur.

Quare nostra sententia absque dubio tenenda est, per ea quæ latè diximus in cap. 6. de causis erigendi novarum Cathedralium, in prima causa: ubi fusiè pendere Causas à voluntate Romani Pontificis tractavimus: & Cap. 10. infra. de variis dubijs que in erectione novarum Cathedralium se offerre possunt, q. 1. quæ omnia hic repetenda sunt, cum idem sit judicium faciendum de causis erectionis novarum de causis Unionis, sive Translationis; ubi etiam fusiè tractavimus, quod licet omnia hæc dependant à Papa, tamen ipse absque causa sua absoluta potestatis uti non vult: quod est idem dispositum in Regula 21. Cancellaria de Vnionibus, & in locis Concilij Trid. supra ponderatis. Itaque ut uno verbo materiam concludam, Papa potest unire seu transferre Cathedralis sine causa ex sua potestate, tamen ex æquitate neque eas unit sine causa neque transfert: quo pacto intelligendi sunt Rebuff. Moneta, & omnes contrarium sentientes: quod expressè docuit idem Monet. d. tract. de Commut. ult. volunt. c. 7. ex n. 25. ubi postquam firmavit, Pontificem non tenei committere Ordinario gratiam Commutationis, in num. 31. respondet Concilio Tridentino sess. 22. de reform. cap. 5. quo cavetur omnes dispensationes locorum Ordinatis committendas esse; & latius prosequitur numeris sequentibus: & ita intelligenda est doctrina Rotæ apud Pennam d. dec. 17. n. 4. secundum Lugdunensem impressionem, quo pacto facile dissolvitur Doctorum diversitas, & veritas nostræ opinionis apud omnes relucet.

Hinc est, quod si ex Clausulis Unionis non constet de contraria mente Pontificis, ita ut non fiat Abitu proprio, qui non indiget verificatione, quia talis Clausula tollit vitium subreptionis, c. Si motu proprio, de præbend. in 6. Clem. Si Romanus de præbend. abundè Barb. de Clausulis, Clav. 75. n. 16. & facti quod videantur probata: omnia; quæ Principes asserit in suis litteris; Seraph. dec. 1498. num. 1. Rota decis. 656. num. 1. & 2. p. 2. recent. Barbof. supra num. 29. & ut ve-

cum dici potest dum alias signa concurrunt, ut d. dec. num. 6. optime probatur: cum alias fructuum perceptio per se non sufficiat ad probandum unionem: Penna decif. 1208. num. 2. secundum Lugdunensem Impres. de quo vide optimam decisionem, quae plures alias allegat in Augustana Decimarum 28. Aprilis 1631. coram Card. Pbaldo, num. 8. quam tradit Tambur. post trakt. de Jur. Abbat. tom. 3. dec. 102.

215 Plures etiam Collationes & Provisiones antiquae effectum sortitae, Unionem probant: ut eadem declaravit Rota diff. dec. 626. num. 5. part. 2. recen. Merlinus decif. 95. num. 4. & 5. & ex pluribus conjecturis & adminiculis simul junctis Unionem probari, tum ex supradictis satis constat, tum & etiam late probat Rota dec. 58. part. 2. Farin. in postib. per totum.

217 Insuper & etiam privilegium, licet invalidum, cursu quadraginta annorum praebet justam causam praescribendi ut per Rotam in Valentina de la Palma coram Decano, & in Lamen. Jurisdictionis 24. Janua. coram Ludovis. tenet eadem Rota apud Farinac. in postibus, 2. p. dec. 52. num. 3. late Gratian. diff. dec. 614. ex num. 7. ubi docet debere esse titulum putatum dantem causam praescribendi: ad idem in puncto Penna d. dec. 441.

219 Observantia verò ita probat Unionem, si fuerit triginta saltem annorum; & sit vera & effectua, & non praesumpta tantum, Seraph. late dec. 1469. ex numer. 1. Merlinus diff. decisione 95. numer. 4. & ex effectuatione Coadjutoriarum probatur: ex Oldradi conf. 229. n. 2. à Rota sepe approbato, quod etiam approbavit d. dec. Seraph. 1469. num. 8.

230 Sed & per Dismembrationem, quae necessariò praesupponit unionem, probatur ipsa Unio, Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 53. n. 34. Rota decisione 371. num. 1. par. 1. Buratt. decif. 660. num. 4. Barb. diff. c. 16. num. 64.

231 Verum quia Uniones sunt odiosae, ut diximus; notandum est, clariotes probationes requiri in Unione accessoria quam in aequè principali, ut supra notavimus: nam cum illa extinctiva sit tituli, qui in hac remanet, majus praedictum in illa resistit: Garcia d. p. 12. c. 2. n. 240. & ex mente Rotae observat Grat. diff. 614. n. 9. quare si plures fuerint uniones, unio probata in uno non infert ad aliud: Penna dec. 1379. n. 4.

234 Et denique sciendum est, quod licet quilibet probatio per se sufficiens non sit ad probandum Unionem, tamen plures imperfectae probationes unam faciunt plenam & perfectam; praecipue in antiquis: cap. cum causam, de probat. & in confinis Diocesis, vel Parochiae, probandis tradit cum pluribus Barbof. de univ. iur. Eccles. lib. 1. c. 20. num. 39. Si verò in materia alia scire desideres, consule Caputaquens. part. 3. dec. 344. Oldrad. conf. 296. Anchar. conf. 162. in fine, Ananiam singu. 583. unde Unio, quae per Instrumenta authentica seu publica, per testes, & alias species probationum probatur, ex adductis à Zerola in praxi, 2. p. verbo Unio, Garcia d. c. 2. n. 227. potestque

238 partim per unam speciem, & partim per aliam probari; nam ex multis imperfectis probationibus una concludens efficitur; alia per supra dicta, non confito de Unione, revocatur; quia verbo non debent uniri beneficia, & passim irritantur, prout exemplis & ratione probat Gratianus diff. 614. n. 6.

239 Verum circa haec probationum genera, sciendum est debere supponi Unionem effectuatam: alia ex lapsu temporis non praesumitur: Rota apud Pennam decision. 1379. numero 7. ubi de Communi stylo Rotae testatur.

240 An autem Unio, de qua non fuerint expeditae litterae, sed tantum constat de supplicatione, valeat? Dic quod respectu fori interni valet, in foro tamen judiciali nequaquam: in practica enim est informis: ut probat Fulf. de vis. l. 2. c. 26. num. 18. & haec practica certa est ex Regula. Cancellariae de non iudicando iuxta formam supplicationis, sed iuxta litterarum expeditionem: & ideo secundum praxim Rotae non valet: de quo vide Practic. Rotae, verbo Unio, numer. 16. in fine.

Insuper Unio, postquam effectua fuit; & longissimum tempus pertransiit, utpotè ducentorum annorum, praesupponit omnia solemniter facta, ideòque utilis est, & propterea servari debet: Rota dec. 578. pag. 3. in noviss. divers. n. 5. nisi causa unionis nulla probetur; quia sublata causa, praesumptiones evanescent, & Unio vel Dismembratio tollitur: ut late probat Lotter. de re benef. lib. 1. q. 2. ex n. 37. cum pluribus seqq.

Quid verò narrandum sit in unione ad hoc ut valeat: preter illa quae generaliter in omnibus Gratias impetrandis à DD. notantur, de quibus vide plenissimè Meno. de Arbitr. lib. 2. Cent. 3. casu 201. per totum. Die quod primum debet ex primi qualitas beneficii, ut si v. g. sit Monoculare, ex text. in cap. Pro illorum, de praebend. cap. Cum in illis, eod. tit. lib. 6. quibus adde Lot. d. lib. 1. de re benef. q. 39. num. 5. ea ratio videlicet, quia Papa non solet unicum Beneficium sine Dignitate in Ecclesia suppressere: ita Rota apud Ludovis. dec. 450. n. 7. nisi ultra Monocularem Dignitatem adfuit in Ecclesia alia beneficia, ut ex eadem Rota observat Beltram. in addit. ad Ludov. d. dec. 450. num. fin. de horum autem Monocularium beneficiorum qualitate, vide plenè Menoc. d. casu 201. ex num. 94. Secundò, qualitas Patronatus, Licalis videlicet, vel mixti, debet narrari, ex Regula 41. Cancell. Tertio, an Unio aliis facta fuerit, quia Princeps non censetur tollere jus Tertii, cap. Quamvis, de rescrip. in 6. Quarto, obligatio residendi: Quintò valor, juxta Regulam 54. Cancellariae: & alia de quibus Menoc. de commut. ult. vol. d. cap. 1. ex num. 391. usque ad 425. Garcia d. c. 2. ex num. 118. Gratian. diff. 278. & Menoc. conf. 402. numer. 92. Itaque ut uno verbo dicam; omnia illa quae summum Pontificem redderet difficultatem ad concedendam Gratiam Annorum, narranda sunt, veluti esse de Jure Patronatus, habere Jurisdictionem, uti Pontificalibus insignis: de quibus late Penna dec. 385. per totum, secundum Lugdun. Impres. Item habere curam animarum, cap. Cum in illa, de praeben. in 6. Clem. 1. eod. tit. residendum requirere, esse Primum in Ecclesia Collegiata: de quibus & aliis superius relatis optimè Ludov. diff. decision. 450. per totum.

Nec vitium purgatur ex eo, quod per Clausulas generales fiat mentio, veluti aliis foris annexis: quia non est verisimile, quod Papa sub istius Clausulae praetextu velit suppressere, praecipue, si maximus fuerit beneficiorum numerus; l. que libertatis, §. sed & si quis, ff. de cens. Penna d. dec. 385. num. 4. ad idem est optimus textus in Clem. 1. vers. quamvis, ubi Glof. verbo Animarum cura, de praebend. ubi deciditur, quod virtute Clausulae generalis, quod Animarum cura si qua immittet, &c. non dicatur sufficienter expressa qualitas Curae animarum; ut optimè resolvit Rota apud Lud. d. dec. 450. num. 3. ea ratione, quia Clausula sonans imminutionem, & indeminatam, subreptionem non tollit: Vital. in d. Clem. 1. n. 23. de quo vide late Gonz. gloss. 6. ex num. 3. non tamen necessaria est specifica expressio, sed sufficit exprimerè qualitatem per aequipollens, quando ex eo infertur necessario ad Curam: Gonzal. gloss. 6. num. 15. & 16. Menoc. de arbit. lib. 2. cent. 3. casu 201. num. 65. Beltra. in addit. ad Ludov. d. dec. 450. n. 9. Et ut uno verbo materiam complectar, in Unione narrandum est id omne, quod in provisionibus narrari debet: ut ex Rebus. notat Menoc. d. casu 201. n. 159.

Quomodo verò executioni mandanda sit Commissio? Breviter dic, quod eodem penitus modo quo cetera Gratiae Apostolicae; cum ejusdem generis sit executio: & ita processus factus virtute unionis absque citatione, nihil probat: cum Unio annullatur per interesse habentes: ita notat Practic. Rota d. verbo Unio, num. 6. & de hoc puncto late tractabimus in cap. 10. de Variis dubiis quae se offerunt in novarum Cathedralium erectione: & c. 11. de Variis dubiis quae se offerunt post novarum Cathedralium erectionem: & ita Executor formam Rescripti debet observare circa tractatum, id est circa causae cognitionem, & circa vocationem eorum quorum interest: ut observat Lotter. diff. cap. 28. ex numer. 151. & ita Unio possunt contradicere omnes interesse habentes: Rota Recent. decision. 455. num. 5.

de restam. c. In his, de privi. c. final. de prescript. in 6. tum quia Erectio est in utilitate Ecclesiarum, Caputa. decif. 270. 202. n. 4. & dec. 215. n. 6. lib. 3. tum quia per eam Christianorum saluti prospicitur, & causa piissima est, cuius magis est in Jure favor; c. cum essent, c. Relatum, il. c. Cum tibi, de restam. juncto Tiraq. de privi. pie Cause. Quae omnia maxime procedunt, si Unio facta fuerit Motu proprio, vel in Gratia talis Clausulae reperitur: juxta late tradita à Monet. diff. c. 3. ex num. 101. usque in finem. Ad idem videndus idem Monet. cap. 9. numer. 367. & cap. 11. ex numer. 85.

Confirmatur, nam licet in Unione praedictum consideretur Ecclesiae unitae, ad quam habitò respectu censetur odiosa; tamen cum ex alia parte causae Unionis considerentur supradictae, praepnderant, & ex illis favorabilis Unio judicatur: juxta Regulam quam tradunt Tiraq. de Retr. alt. lignag. §. 30. glof. 1. num. 6. & 9. Menoc. de Recup. remed. 1. num. 37. ad finem, quia à potentiori sumitur denominatio: l. queritor, ff. de stat. boni. Rota in d. Nuceria bonorum 21. Maji 1602. coram Sacrato, & per eam Gonzal. d. §. 6. num. 71. & 72. Monet. p. 11. num. 83. Quod optime confirmatur exemplo Commissarii Apostolici, cuius delegatio est onus: c. Pastoralis, in princ. de offic. Deleg. c. Pastoralis, §. 1. de offic. Ordin. l. ult. §. indicandis, ff. de muner. & honor. Glof. in c. Si contra, in princ. verb. probari, de offic. Deleg. in 6. & eadem Commissio, honor reputatur, ac cap. Pastoralis, §. Prater ea, de offic. Deleg. juncta d. l. ult. Monet. de Commu. c. 8. num. 154.

Hec autem doctrina limitanda est in Unionibus temporaribus, in quibus favor personarum respicitur, quae odiosae sunt iudicandae; nisi aliter suadeant causae Unionis; per ea quae in Reservationibus tradit Gonzalez d. §. 6. num. fin. si enim privata utilitas in bonum redundet commune, favorabilis censenda est; quia accipitur pro bono publico: Suarez de leg. lib. 6. c. 12. n. 12. Sanchez de Matrim. l. 2. disp. 19. n. 1. & in Summa lib. 4. c. 45. n. 15. Moneta de Commu. c. 6. q. 2. n. 109.

Et hoc pacto intelligenda est Rota dec. 557. num. 3. p. 1. in novissimis diversarum, ubi deciditur, Unionem esse odiosam: ex Calder. conf. 76. quae doctrina intelligitur nisi ex justa & legitima causa fiat, veluti ob augmentum Cultus divini, quia eo casu odiosa iudicari non debet: ut resoluit Valenz. conf. 22. num. 39. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. n. 103.

Verum quia retulimus causas uniendo Ecclesiam Cathedralis; videndum est an illis cessantibus Unio rescindatur? v. g. causa Unionis fuit depopulatio, quae jam cessavit, quia Populus iterum ad habitandum in urbem rediit, queritur an Cathedralis ad illum locum redire debeat? In Azor. Instit. moral. 2. p. lib. 6. c. 30. q. 3. postquam causas mutandi Ecclesias enumeravit, ait quod eisdem potè causas, quibus Ecclesia una in aliam mutatur, potest quoque mutatio rescindi; ut si Populus redierit: quod quidem difficultate non caret; nam cum has mutationes solus Pontifex Rom. facere possit, beneficiaque illius in aliam transferre, ex text. in c. 1. de translat. Episcop. cap. Decimas, ad finem, 16. q. 1. c. Et temporis, ead. caus. & quae. c. Sicut unire, de excess. Pralat. Azor. ubi proxime, q. 5. & c. 28. q. 6. non est cur causa cessante, iterum auctoritate propria ad primas redeant Ecclesias, cum aequè in reditu moneatur ac in Translatione: quare in his casibus solum Papam revocare posse Unionem, notavit Rebuff. in praxi, tit. de Unionis revocac. numer. 21. Garcia de benef. diff. 12. part. cap. 2. num. 305.

Præterea per Erectionem in Cathedralis, live per Unionem, omnia jura superioritatis in novam cedunt, translata fuerant, dummodo Unio sit sub distinctione posita in effectibus supra num. 18. & seqq. sed hoc independenter à futuro eventu, & absque conditione factum fuit; ergo nova instauratio civitatis nihil ponit in re ut Unio revocetur.

Sed tamen contraria opinio probatur ex Clem. Ne in agro, §. Ad hoc, de statu Monach. ubi Unio facta propter paupertatem, cessante paupertate juxta illius dispositionem dif-

num. 5. Garc. diff. 12. p. cap. 2. num. 164. Lotter. diff. cap. 28. num. 156.

258 An verò Unio sit favorabilis, vel odiosa: anceps est questio: quam ut facilius capiamus, praemittendum est Unionem dupliciter posse considerari, vel quoad sui productionem, vel postquam est in esse producta; prout in Pensione tradit Gig. de pens. q. 94. in Fideicommissio, Peregrin. de fideicommiss. art. 1. n. 26. in Privilegio & Praescriptione, Casar. de Giacch. dec. 1. num. 6. de verb. significat. in Attentatis & Praescriptionibus, Lancel. de Attentatis in presat. 1. p. numer. 16. & 18. in nova Impresio. & per supradictos in Commutatione ultimatum voluntatum, Monet. in d. trakt. cap. 3. n. 96. in Reservatione beneficiorum, Gonz. ad Regulam 8. Cancell. §. 6. proxiimali per totum, ubi fuffissimè, praecipue à num. 8. à quo transcritpit Moneta. Et in Privilegio quod est contra Jus commune, antequam sit in esse productum, non verò postea; per text. in lib. 1. ff. de consuet. Princip. c. Decet, de regulis iuris in 6. pluribus relatis tenet Valenz. conf. 71. num. 39. & 40.

259 Secundo considerari potest quoad respectus diversos, secundum quos partim est favorabilis, & partim odiosa: ex pluribus adductis à Gonzal. d. §. 6. num. 45. usque ad 61. ubi plura ponit exempla: & innumeris relatis à Moneta d. c. 3. n. 97. quos prius retulerat Gonz. num. 61.

260 Tertio, in hac parte consideranda est qualitas quae praepnderat; ita ut si principaliter tendit ad usum in aliquod bonum commune, & secundariò verò in damnum & odium alterius, dispositio favorabilis censetur: Rota in una Nuceria bonorum 21. Maji 1602. coram Sacrato: quam opinionem relatis Menoc. Tiraq. Mandof. Covar. Sanch. & Gonzal. sequitur Monet. ubi prox. n. 98.

261 Nec obstat contra hoc suppositum, quod una eademque res non potest diverso jure censeri; l. cum qui ades, ff. de usufruct. c. Pura tua, 30. de Decim. c. Quo circa, de privi. licet non potest partim acceptare, & partim repudiare; l. nam absurdum, de bonis liberti. cum aliis exemplis adductis à Gonzal. ex num. 63. cuius occasione contrarium sententur Decius in l. 2. c. De in suis vocand. nu. 5. & alii relati ab ipso num. 62. Quia nostra doctrina intelligenda est, quod tuncque odium à favore distingui vel separari potest; potest; Contraria verò quodam distingui non valet: ut didicunt Covar. lib. 1. var. c. 11. n. 5. Molin. de Hispan. prim. lib. 1. c. 18. n. 6. & lib. 3. c. 4. ex n. 17. Gonzal. ex nu. 61. Moneta n. 99. & c. 9. n. 362. ubi idem repetit; & c. 11. num. 83. Sanch. de Matrim. lib. 1. disp. 1. num. 4. Nullum enim inconveniens considerari potest, ut si sunt diversi respectus diverse militent rationes: l. si quis perferendum, 35. §. fin. ubi Barbof. ff. de furt. & diversi respectibus, ex duobus furibus ejusdem rei, unus dici potest manifestus, alter occultus: l. miles 75. §. Pro parte, ff. de legat. 2. c. Cum Capella, ubi Abbas num. 5. de privi. Tiraq. pluribus referens, de Nobil. c. 28. num. 12. cum seqq. Ex quibus Molina d. num. 6. hanc Decii opinionem proculdubio falsam esse asseveravit, & pluribus exemplis confirmat Gonzal. d. §. 6. ex n. 46. quorum unum tantum punctuale ponemus de Resignatione, quae habita consideratione quatenus sit ut Ecclesiae provideatur, est favorabilis; quatenus verò respicit favorem certae personae, dicitur odiosa: late Parisius de resig. benef. lib. 1. q. fin. ex n. 1. cum pluribus seqq. Gonz. supra nu. 55. Nisi etiam responderet maluerit cum Baldo in l. 1. n. 4. c. de serv. fugit, quod licet corporali consideratione eadem res non possit diverso jure censeri, tamen intellectuali rectè potest: ut cum Tiraq. & Rocho de Curte tenet Gonz. n. 71. Sed magis placet prima solutio.

267 Ex dictis infertur, quod omnis Unio, five omnis Translatio cuiuscuque Ecclesiae Cathedralis, cum non possit fieri nisi ob evidentem Ecclesiae necessitatem vel utilitatem, favorabilis debet iudicari; tum ex eo quia publica depositio utilitas, ut omnis dispositio illam respiciens censetur favorabilis: Caputaquens. dec. 15. m. 8. p. 2. Bart. & DD. in l. 2. c. Quando licet unicus sine hodie, ff. de vindic. Mandof. ad Reg. 22. Cancell. q. 1. num. 4. tum quia fit propter augmentum cultus divini, quod maxime favorabile est: l. sunt persona, ff. de relig. & sumpt. funer. cap. Ex parte, de Constit. c. ultim.

apud Gonzal. d. s. 7. n. 17. Hinc est quod Litera Unionis non dicuntur Litera de beneficio, sed de proprietate, & re temporali, Rota dec. 2. n. 5. de rebus Eccles. in antiq. Practic. Rota verbo Unio, ubi de Unione, nu. 13. Garcias d. c. 2. num. 31.

161 Trigesimustertius effectus est, quod quamvis reservata beneficia non possint uniri, si tamen unio antecessit reservationem, ea subsequente non annullatur, sed valet: idem Gonz. n. 33.

162 Trigesimusquartus effectus est, quod exteri censentur Regnicole, nec amplius indigeant literis naturalitatis, tanquam veri filii, ad obtinenda hæc beneficia, & munera omnia in loco, cui uniri sunt, l. Si eadem de Affessoribus, Rebuff. in praxi, tit. de Unione, n. 53. & 54.

163 Trigesimusquintus effectus est, quod Unione facta, Ecclesia unita sentiens se gravatam, alia via agere debet, & non ad unionem rescindendam: Alex. cons. 81. num. 71. in fin. quem sequuta est Rota dec. 578. nu. 6. par. 3. in noviss. divers.

164 Trigesimus sextus effectus est, quod unita semel Ecclesia, seu beneficio, non potest iterum uniri, si unio facta fuit effectum, nisi adhibita causa cognitione: Cavaler. dec. 373. num. 1. & 2. Penna dec. 441. nu. 1. & 2. secundum Lugd. Impres.

165 Trigesimus septimus, propriissimus nostro instituto, est, quod Ecclesia Juri patronatus unita Cathedrali, & sic Cathedralis effecta, efficitur libera, Patronusque propterea jus amittit Patronatus: Moneta de commut. ult. volunt. cap. 11. n. 155. & seqq.

166 Plures etiam alii effectus resultant, quorum enumerationi longiorem requirit disputationem, atque idem inferius in particularibus questionibus locum habebunt. Interim tamen, ut aliqua generali Regula possit tota hæc materia comprehendere, dicas, quod vel unio facta est de duabus Ecclesiis, & tunc unicuique competunt privilegia alterius; si vero sunt contraria, melioribus & favorabilioribus jure societatis utraque gaudebit, Gonzalez d. s. 7. num. 28. & 55. Garcias d. c. 2. num. 10. Tambur. de iure Abbat. d. tom. 3. disp. 15. q. 5. n. 2. Barb. lib. 3. de univ. iur. Eccles. c. 16. n. 6. Si vero æque principaliter unio facta sit, unaquaque Ecclesia suis privilegiis gaudet, & unus tantum est Rector, qui denominationem à digniore debet sumere: c. Ex literis, de iur. Patronatus: facta autem accessorie inferiori remanet suppressa, & amittit omnia jura, sortiturque naturam, jura, privilegia, & consuetudines alterius, ita ut si esset prius exempta, amitteret exemptionem: Garcias d. c. 2. num. 18. Tambur. supra, q. 4. num. 4. & 5. Verum si diversarum Diocesum Ecclesia unita fuerint, in quibus aliquibus Archidiaconis, vel aliis quibuslibet aliquid jus competere dignoscatur, per unionem tale jus nequaquam ablatum censetur, nisi quatenus in ea expressum fuerit, vel quatenus unioni repugnet; ut expressè deciditur à Joann. XXII. in Extrau. 1. & 2. de concess. preb. Tamen notari debet, quod si duæ fuerint Uniones factæ, quarum altera principaliter, altera vero accessorie facta fuerit, sufficit quod principalis valida fuerit, nec de accessoria querendum est: ex Gonzalez, & Barbof. tenet Tondur. de Sanlegerio part. 1. quæst. & resol. benef. tom. 1. cap. 37. num. 13. Et hæc de effectibus Unionis, in quibus aliqui beneficiorum permixti sunt, ut ex eis quod conveniat Ecclesiarum unionibus sumatur.

171 Vidimus differentiam quam maximam esse in Unione, æque principaliter, vel accessorie facta: Queritur modò in dubio quomodo facta censetur? Et relicto quod censetur facta eo modo, ut minus lædat antiqua privilegia, ut notant communiter DD. Et quod inspicendus est titulus sive tenor Unionis cap. Tenor, cap. Recipimus, de privileg. ita ut si dicat, quod unum tantum alteri, accessorie facta censetur; præcipue si dicat, Incorporamus: si vero utatur his verbis: Unio tale, & tale beneficium, æque principaliter facta iudicatur: Garcias dicit, cap. 2. numer. 55. Si vero ex tenore privilegii non constet, magis dignum censetur trahere ad se minus dignum, & sic accessorie minus dignum: cap. Exposuisti, de prebend. cap. Super,

ead. tit. lib. 6. c. Quod in dubiis, de Consecr. Eccles. vel Altar. Mafcard. statim citandus: Ridiculum enim esset tumæ fundum accedere, dicebat text. in l. iustissime, 44. in prin. ff. de adilit. edit. & ita de istlo observari docent plures, quos sequitur Gonzalez d. s. 7. ex nu. 126. & 131. Quando verò non constat quæ sit magis digna, ad denominationem recurrendum est: Gloss. in Clem. Per literas, verbo Ecclesias, de preb. Mafcard. de prob. conclus. 1411. n. 16. Gratian. disp. 184. n. 39. scilicet quando nominatio Ecclesie de per se æque principaliter censetur, secus si subjective, veluti Ecclesia talis Hospitalis; ut citato Imola, distinguit Rota dec. 30. n. 5. p. 2. in noviss. divers. Quibus deficientibus ad observantiam confugiendum est: per text. in l. Si de interpretatione, ff. de legibus, c. Cum dilectus, de Consecr. si verò hæc omnia deficiant, æque principaliter præsumitur facta: ut fuscè probat videndus Gonzalez ex numer. 126. usque ad 135. prout principaliter procedit in Unione duarum Cathedralium, quæ in dubio æque principaliter facta iudicatur: ut declarat Rota in una Macevaten. 29. April. 1596. coram Gispio. Et ita intelligendus est text. in d. c. Et temporis, ut notatur Gloss. ibi, verbo & utramque, Garc. d. c. 2. n. 8. Gratian. disp. 893. n. 14. Si vero plura in hac materia scire desideres, consule DD. quos refert Garcias dicit, cap. 2. num. 56.

Quomodo autem Unio probetur? necessarid debemus inquirere: de qua questione videndi sunt Menoch. de pres. lib. 6. presump. 80. Nicol. Garc. de benef. p. 12. cap. 2. ex num. 258. & alii apud Barbof. in Collect. ad Concil. Triad. sess. 7. de reform. c. 6. n. 29. & in Pastor. alleg. 66. ex num. 48. usque in finem, Ludou. dec. 196. num. 2. ubi Beltra. late num. 3. Maurum alleg. 54. ubi late. Si enim ex Instrumento appareat, difficultas evanescit; per ea que tradit Mafcard. de probat. conc. 586. num. 1. Cravet. cons. 258. num. 11. & optime Rota apud Seraph. in Camerinen. Parochialis 10. Iulij 1589. numer. 1. quæ est decisio 886. Garc. de benef. par. 12. cap. 2. ex numer. 226. Barbof. dicit, cap. 16. num. 61. Quando verò non constat? quibus Regulis gubernari debeat, nosset est fermo.

Et quidem cum Unio fit contra Regulas Juris, secundum quas unumquodque beneficium suum debet Rectorem habere, cap. Sanctorum, 70. dist. c. Quia tantum, cap. De multa, c. Cum non ignores, de preben. non præsumitur, sed est probanda ab eo qui eam allegat: c. Quia sepe, de preben. in 6. c. Cum in Ecclesia, eod. tit. & probat Mafcard. de proba. concl. 1411. n. 2. & 11. vol. 3. Barb. de univ. iur. Eccles. d. lib. 3. c. 16. n. 60. Garc. d. p. 12. c. 2. num. 224. Cavaler. dec. 405. num. 2. Rota dec. 557. n. 5. p. 3. divers. & 233. p. 1. recen. Menoc. de presump. lib. 6. presump. 80. num. 1. Barbof. in Pastor. alleg. 66. num. 49. Et licet Menoc. limitee in unione, facta ob inopiam, de qua apparet, de hujus rei veritate tamen dubitat Garc. n. 2. nam hæc solum est coniectura; ut bene Rota in una Tirafonen. adducta per Garc. num. 241. & quia est odiosa, Rota divers. dec. 557. n. 5. lib. 1. ideo plene debet probari: cum mutatio status non præsumatur, dum Papa id non declarat: Penna dec. 823. n. 23. secundum Lugd. Imp. quanquam præsumptivè probari certum est, si ab immemorabili tempore duæ Ecclesie tentæ fuerint ut unite, Steph. Aufser. de potest. facul. sup. Eccl. & Eccl. pers. reg. 1. num. 20. Vol. 18. Trac. fol. mibi 116. col. 3. Ludou. late decis. 196. ubi Additio Beltram. Garc. dec. 2. ex n. 229. Barbof. d. c. 16. n. 61. quo casu nullus titulus requiritur præter Immemorialem; late cum pluribus Mafcard. d. concl. 1411. num. 4. & ita prædicari in Rota quod Unio probetur per tempus, cuius initii memoria non existat in contrarium, præter decis. 9. de reb. Eccles. non alien. testatur Practic. Rota post decis. noviss. ubi de unione, num. 1. vers. unio debet probari: quare si titulus addit, sufficit quadragenaria; sin minus, immemorialem requiritur: prout pluries declarasse Rotam testatur Penna dec. 327. n. 2. & 3. & dec. 441. n. 5. & dec. 704. num. 2. secundum Lugdun. Impres. ubi Additio Frances fratris mei multas cumulat decisiones. Hæc autem Immemorialem testibus probatur cum qualitatibus à Jure requisitis, Barar. dec. 314. Boer. dec. 395. num. 6. quo tempore elapso, omnes præcessisse solemnitates præsumitur: Mafcard. supra ex 189 num.

num. 6. & ita tempus requiritur immemorabile ex abundè adductis à Garcia d. cap. 2. ex num. 23. ubi innumeros allegat; ut si titulus non allegetur, non sufficit tempus 40. vel 50. annorum, secundum text. in c. 1. de prescript. in 6. lecus verò si titulus allegetur, ex text. in c. De Quarta, ubi Gloss. de prescript. & ita due contrarie opinionès conciliantur per Felin. cons. 2. num. 2. Mafcard. loc. cit. nu. 11. videndus etiam concl. 179. vol. 1. & conc. 586. vol. 2. Garcia d. num. 231. cum 190 segg. ubi num. 232. docet, quod debet probari toto illo tempore beneficium semper esse habitum tamquam unum, Gratian. disp. 614. numer. 1. Quod procedit in unione subjective, non in æque principali, cui non ita Jus Commune resistit, cum unumquodque beneficium remaneat, ideo sufficit quadragenaria sine titulo, cum bona fide; ut pluries Rota declaravit apud Garciam d. c. 2. ex num. 239.

191 Nec obstat id, quod dixit Hostiens. in c. Quoniam nonnulli, de vita & honest. Clericor. et in Summa de supplend. neglig. Pralat. col. 1. ubi docet diurnitatem temporis non inducere unionem, sicut nec obligationem; l. obligationum ferè, §. Placet, ff. de act. & oblig. l. si certis amnis, §. Placet, C. de pact. l. operis non impositis, ff. de oper. libert. Quia responderetur, tempus non inducere obligationem, nec unionem, sed ex observantia probari præsumptivè præcessisse cum debita solemnitate: ut bene respondet Oldrad. d. consil. 296. numer. 3. quæ tamen; Unio accessorie facta requirit Immemorialem, licet in æque principali sufficiat Quadragenaria, ex ratione jam dicta: & ita cum Garcia supra allegato, observat Barbof. d. c. 16. n. 61. Verum sciendum est non sufficere probate Immemorialem, nisi toto tempore Immemorialem probetur habitam fuisse Ecclesiam tamquam unitam: Gratian. disp. 514. numer. 9. ubi plures allegat.

192 Secundo, Unio probatur ex Enunciativis positis in antiquissimis Instrumentis 100. annorum, in quibus Ecclesie, vel beneficia enunciatur unita, que instrumenta saltem debent esse duo, & à diversis personis non suspectis: ut pluribus tradit Barbof. d. c. 16. num. 62. Garcias d. c. 2. ex num. 245. & 252. Idem Barbof. in collect. ad Concil. sess. 7. de reform. c. 6. n. 29. Garcias ex num. 268. cum pluribus segg. Merlinus dec. 95. Penna decis. 337. num. 6. & de veriori testatur

194 Garcias n. 271. ubi n. 267. notat debere detrahi tempus mortuæ liti; & interveniente longissima possessione idem tradit ex n. 269. Maurus d. alleg. 54. n. 1. & segg. Quod intelligendum est ad probandum unionem ex Enunciativis, secus verò ex præscriptione; quia Enunciative ad præscriptionem nihil operantur: Mafcard. cum pluribus ex numer. 12. cum 196 segg. & de istis Enunciativis 100. annorum, est decisio Putei 204. lib. 2. num. 1. in correctis, qui loquitur supra 90. annos: Seraph. dec. 1272. num. 1. Rota Recent. dec. 724. nu. 3. p. 2. & in Barcinonen. Vicaria 9. Februarij 1624. coram Merlino, quæ est dec. 95. inter eius impressas, n. 4. habent enim vim famæ, que in antiquis probat, præcipue si emanaverint ab eo qui unionem facere poterat, Merlinus supra n. 2. dummodo non emanaverint ab eo qui Unionem fecit, nisi alia concurrant; ut late pluribus decisionibus profertur Lotte. supra dicit, lib. 1. q. 28. ex nu. 108. ubi num. segg. probat idem procedere, etiam si in individuo non sint conceptæ de unione, sed virtualiter: ut declarat Rota recent. p. 1. decis. 626. 2. vers. que Enunciative. Et de istis Enunciativis antiquis in materia de unione vide Rotam dec. 626. num. 2. p. 2. recen. Seraphin. dec. 1272. in prin. præcipue nu. 5. & dec. 1246. & debent esse istæ Enunciative claræ, aliàs non probant: Garcias sepe allegatus d. p. 12. c. 2. ex num. 252. ubi notat sufficere licet virtualiter enuntient: Maurus ubi supra: & probant etiam si ab ipsis interlati fuerint prolata; dummodo antiquissima fuerint: Merlinus decis. 128. n. 4.

201 Tertio etiam per confessionem Partis Unio probatur: Burat. dec. 334. num. 3. cum segg. Mafcard. num. 15. Oldrad. cons. 296. num. 4. Garcias d. cap. 2. num. 273. maxime si intervenit tempus immemorabile, cui si accedit factum hominis, multum operatur: idem Mafcard. c. 16. num. 586. num. fin. dec. 314. Boer. dec. 395. num. 6. quo tempore elapso, omnes præcessisse solemnitates præsumitur: Mafcard. supra ex 189 num.

& coniecturis, ut Rota declarat pluries apud Garciam, num. 275. & segg. nam sicut non probatur jus Patronatus, nec titulus beneficii ex sola confessione adversarii, idem Garcias ex num. 273. ita nec Unio probatur nisi alia concurrant: que doctrina non procedit, ubi principaliter agitur de eadem unione canonizanda, seu de declarando beneficio unito, quia hoc casu probanda erit unio modis hic adductis; ex eodem Garcia n. 280. ubi ex Rota opinione notat, ad probandum beneficium esse unitum, in ipsius præjudicium, sufficere confessionem Actoris.

Quarto etiam probatur, si ambæ Ecclesie fuerint ab eodem Episcopo gubernate, quia hoc denotat unitatem: l. Sigemina, ff. arbor. fruct. casar. cum aliis: cum e contrario, ex diversitate Episcoporum diversitas Ecclesiarum appareat, licet à principio essent unite, l. Si eadem, ff. de offic. Assess. nec si duæ essent, uni committerentur Rectori, quia difficile unus duorum vices sustinere potest: cap. Singula, 89. dist. cap. Presbyteros, 16. q. 1. c. Vnio, 10. q. 2. præcipue si causa aliqua unitatis probetur, v.g. propter bella, quibus si accedant aliæ præsumptiones, veluti jura soluta pro una Ecclesia, sive procuratio, & quod indistinctè omnia jura veluti pro una Ecclesia exercita fuerint, prout in iuribus Parochialibus, late probat Oldrad. d. cons. 296. num. 2. Si verò de duobus facta prætendatur, non probatur annexio eo, quod ab uno possideatur: c. In presentia, de probat. Penna dec. 677. num. 8. & hoc est quod dici solet, possessionem inducere præsumptionem dominii: late Maurus d. allegat. 54. num. 3.

An verò per solam vocem & famam probetur? Dic quod non: quia ex hoc præsumptio Unionis, & Unio ipsa probatur: ut optime declarat Rota apud Pennam dec. 704. n. 6. ubi Additio Frances fratris mei, alias enumerat, & prosequitur n. 8. licet aliis concurrentibus pro adminiculo deferriat in antiquis: Rota dec. 626. num. 4. p. 2. recen. & ita fama in antiquis cum titulo plene probat Unionem: Rota in Tirafonen. Vicaria 15. Decemb. 1617. coram Andrea, & in eadem 10. Martij 1623. coram Pirouano, Barbof. in collect. ad Conc. d. sess. 7. de reform. cap. 6. num. 29. Et ita possessio quadragenaria cum fama tituli sufficit; et pluribus allegatis à Garcia ex num. 244. Et licet Rotam contrarium sensisse dicat ex allegata dec. Pennæ Alex. andrina S. Stephani, 15. Februarij 1599. tamen notandum est eam esse decisionem 740. in impressis Lugdun. que solum dicit non probasse Seminarium possessionem quadragenariam, & non est eadem quam refert Garcias, quæ Pennæ Decisiones mutata reperitur; ideo ipse in suo testamento solum fidei Originalibus debere fidem declaravit: Additionator Charissimus frater meus Frances notavit in Epistola liminari ad Lectorem, prime Partis: quare huic standum est, & non alteri, ut ipse Auctor voluit, cum hæc solum probaret, deberet esse uniformis, solida, constans, & illa, sine varietate, & contrarietate: de quo vide Garcia d. c. 2. n. 250. & segg.

Probatur etiam Unio per testes in antiquis, de publica voce & fama, Rota dec. 626. n. 4. p. 1. & decis. 724. num. 4. p. 2. rec. sed cum fama necesse est, ut possessione de unito probetur titulus, ut pluribus decisionibus probat Barbof. de Vnio. Jur. Eccl. d. lib. 3. c. 16. n. 63.

Insuper & etiam probationes non debent esse æquivocæ, quia si claræ non fuerint, non probant: Penna dicit, dec. 337. n. fin. Seraph. dec. 886. n. 2. Gratianus disp. 913. n. 27. quod quomodo debeat intelligi? statim dicemus: etiam si constet de Unione: Rota dec. 557. p. 3. novissimum, per totam: præcipue ex n. 4.

Antiquissima etiam donatio probat Unionem, Seraph. 200 decis. 1304. in princip. late Rota dec. 626. num. 1. p. 2. rec. sicut & libri Visitatorum, quorum visitationibus plurimum defertur; præcipue si de ipsorum prædicio agatur: Seraph. d. decisione 1227. num. 3.

Omnium etiam Decimarum perceptio tanquam à Rectore facta cum assignatione Congruæ Vicario, signum evidens est Unionis: ut pluries judicavit Rota, & videre est per ea que allegat d. dec. 626. num. 3. p. 2. recen. Nec æquivo-

rior opinio à Rota approbatur; quidquid alii sentiant: ut videtur esse per ea, quae docet Garcias de benef. 12. p. c. 2. num. 116. vel nisi apponatur sit Clausula quoad de subreptionis, vel obreptionis vitio notari non possit gratia. Et constat de tali usu ex privilegio concessio à Nicol. V. Portionariis Tolet. quibus applicavit Decimas locorum depopulorum, ita ut si ad habitationem reducerentur, applicatio cessaret: de quo vide Rotam apud Pennam in recollectis à Frances dec. 117. n. 3. secundum Lugdun. impressionem.

331 Supradictus etiam consonum est disputare, an Unio ex falsa causa, sit nulla? Et quidem breviter dicendum esse nullam, sicut etiam sine causa factam; Barbof. in collect. ad Concil. sess. 7. de reform. c. 6. n. 12. & sess. 21. c. 5. n. 8. ut firmavit pluries Rota in Practicabilibus Rota, quae sunt post decisiones novissimas, quae de Unione, n. 2. per text. in c. fin. de filiis Presbyt. in 6. ubi Gratia obtenta à Papa ex falsa causa, est nulla: & ibi plures allegantur. Quod procedit etiam si fiat Motu proprio, si facta fuerit vigore Rescripti, quia subintelligitur, si causa verè fuit: cap. 2. de rescript. & dum Papa causas Unionis inserit, si sint de facto alieno, possunt de falso redargui: Practicabil. Rota ubi supra num. 10. Et hanc eandem opinionem, videlicet Unionem esse nullam, sequuntur Bellarm. in declarat. ad Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 7. in observat. doctrin. vers. Unita, Garcias d. p. 12. c. 2. num. 115. & seqq. Barbof. de Uniu. l. r. Eccl. d. lib. 3. cap. 16. num. 52. Reddentes rationem, quia rescripti gratiae validitas dependet à veritate narratorum: quod extenditur etiam si Unio facta fuerit Motu proprio: Sanchez in praecept. Decal. lib. 7. cap. 29. num. 176. Barbof. d. num. 52. quod non parvam continet difficultatem: notatque idem Barb. ibid. hoc non procedere in Unione facta ab Ordinario, si vero alio inferiore Papa, quae est irritanda ope exceptionis: nam cum concernat magis Iustitiam quam Gratiam, ope exceptionis annullari debet; quidquid Garcias & alii apud Barbof. ferunt, quod ad nostrum institutum non spectat, cum huiusmodi Uniones Ecclesiarum Cathedralium à solo Papa fieri possint, ut diximus. Erit conciliatur Menoch. Contrarium dicens viotorem, lib. 2. de Arbitr. Cent. 3. casu 201. n. fin. Lot. de re benef. lib. 1. cap. 28. num. 147. & alii.

337 Quidquid sit in aliis, quibus tacitis, vel expressis falso, unio annullabitur, si falsitas fuerit circa causam finalem, non vero circa impulsivam: Sanch. de Matr. lib. 8. disp. 21. ex num. 31. Garcias de benef. 6. p. c. 2. n. 191. cum seq. Monet. ubi proximè, nu. 430. latè Malfcar. de probat. conc. 142. per totam.

338 Insuper & dubitatur an per non usum amittatur Unio? Et certum est amitti: per text. in c. Si de terra, de privi. ubi communitè DD. Suarez de legib. lib. 8. c. 34. num. 24. ubi advertit, omnes gratias Apostolicas concedi sub tacita conditione, si per non usum non amittantur: idem tenent & sequuntur plures apud Barbof. in Collect. ad text. in cap. Cum accessissent, de Confit. numer. 5. Guido Papa dec. 406. num. 2. Boet. dec. 386. circa finem, Seraph. dec. 1410. n. 27.

340 Atque ita in specie per non usum, si per contrarium usum amitti Unionem, probat Moneta de Commut. ult. volum. cap. 11. ex n. 543.

341 Quantum verò temporis intervenire debeat ad amissionem privilegij? majorem continet difficultatem: In quo text. in d. c. Si de terra, tempus triginta annorum requisivit: sicut e contra, praescriptio in omnibus unionibus etiam cum titulo per ejusdem temporis lapsum probatur: Penna dec. 30. n. 8. & 9. in recollectis à Frances & dec. 44. n. 5. secundum Lugdun. impressionem. Si verò sine titulo allegetur, indiget immemoriali: ut cum Felino conf. 2. num. 14. versic. Titulus autem putativus, & Rebuff. in praxi, tit. de Unione benef. num. 3. tenet Penna supra num. 10. & ita praticari in Rota asserunt Theodosius de Rubéis in sing. Rota, p. 2. verb. Unio, §. 2. pag. 113. Barb. in Collect. ad Conc. sess. 7. de reform. c. 6. num. 29. in fine. At verò in c. Accedentibus, de privileg. 342 Quodraginta anni requiruntur, quod & confirmatur ex generali Regula text. cap. De quarta, c. Illud, c. Ad aures, de praeser. ubi generaliter quadraginta anni ad praescribendum requiruntur, de quorum interpretatione plu-

ribus relictis, de quibus Barb. in Collect. ad text. in dicit. c. Si de terra: Dic, quod privilegium potest amitti per non usum, & per praescriptionem: per non usum amittitur spatio triginta annorum, juxta text. in dicto cap. Si de terra: per praescriptionem verò, quadraginta: juxta decisionem text. in d. cap. Accedentibus, cum aliis superius adductis; quibus accedit ut in d. cap. Si de terra, Decimae erant Ecclesiae Parochialis, cui auferbantur habenti assistentiam Juris; at verò in d. cap. Accedentibus, Decimae erant Templariorum, qui contra suum solvebant privilegium alius Monachis, quibus de Jure non debebantur: atque ita in d. c. Si de terra, solum disponit Pontifex, motus ratione non usus, at verò in d. c. Accedentibus, movetur ratione privilegij & praescriptionis: unde mirum non est, si ibi triginta, hic verò quadraginta anni requirantur: & ita tempus 40. annorum requirit Valenz. conf. 71. num. 61. & conf. 101. num. 42. qui loquitur in Immemoriali ex eadem Ratione; Penna dec. 734. num. 15. quasi 40. anni sufficiant cum titulo, Immemoriali verò requiritur deficiente titulo: ut per plures quos sequitur Rota dec. 233. nu. fin. p. 1. recent. praecipue si Jus assistat, prout in Cathedralibus; ut optimè declaravit Rota apud Farin. in posth. tom. 2. decif. 461. numer. 6.

Haec autem doctrina limitatur, nisi habens privilegium, circa aliqua eo usus fuerit: quia hoc casu, licet quoad alia non fuerit usus, omnia conservat: ut optimè declarat Rota apud Pennam in recollectis à Frances, dec. 734. n. 12. & decif. 761. num. 8. ex Regula communi Doctorum docentium, quod si durat aliqua ex causis, vel in aliquibus singularibus ipsa causa conservatur, remanet etiam effectus: ut per text. in l. lura, ff. de legib. tradit Bald. in l. 1. lict. 1. num. 3. vers. In eadem gloss. de Ferris, Tiraquell. in tract. cefsan. caus. limit. 7. Et licet in parte cesset causa, adhuc non cessat effectus: Gloss. in c. Cum accessissent, de Confit. DD. in l. Generaliter, de Episc. & Cleric. & in c. Cum cessante, de appell. Tiraquell. supra limit. 3. 1. praecipue si conservatio fuit in aliquo ex principalioribus, quia tunc remedium etiam possessorem debetur, etiam respectu possessionis specialis Rota in una Hispanens. quam refert Lancell. de Attent. p. 4. c. 4. limit. 1. num. 46. Ad idem videndus Socinus consil. 48. numer. 17. & 24. ubi docet, loquendo de praesentia tendendi, ad conservandam possessionem praesentia tendendi, ad conservandam possessionem praesentia tendendi, illae reliquae sufficiunt: Feder. de Senis conf. 5. in fin. & conf. 19. in fin. Purpur. in lib. 1. numer. 67. ff. de offic. eius: Dinus in Regul. decet, de reg. l. r. in 6. Roland. conf. 52. n. 55. vol. 2. Carolus de Tapia in l. fin. ff. de Confit. Princ. c. 4. a numer. 33. Placa de delict. c. 6. n. 7. & videnda sunt, quae dicemus c. sequenti, nu. 123. Ad cuius probationem etiam conducit, quod Pater non amittit privilegium duodecim filiorum quos procreavit, licet postea aliqui ex illis moriantur, sed illi conservatur, initio inspecto: latè Roland. conf. 52. a num. 46. lib. 2. Bald. in c. 1. §. Imperium, n. 12. de pace Constant. ubi submersa civitate, Episcopus privilegium pro parte conservatur, si in totum valida esse nequeat.

Secundò, supradicta Regula intelligenda est, dummodo evenit casus utendi privilegio: Cavaller. dec. 80. num. 6. Seraph. dec. 1043. n. 3. & 4. Additio ad decif. Penna 734. num. 12.

Dubitatur ulterius, an in unione Ecclesiarum Cathedralium requiratur consensus Capituli? in quo certum est sicut in ceteris requirit: latè Monet. de Commut. ult. vol. c. 11. ex n. 479. nisi Papa absque illius consensu unionem facere vellet, ex Rebuff. in praxi regul. de Unione gloss. 11. Bellis conf. 137. nu. 18. At verò quando fit Unio alicujus Ecclesie Mensae Episcopali, quia fructus Episcopatus valde diminuti sunt propter bella, v. g. hoc fieri possit accedente Capituli consensu, Aegidius dec. 513. Practicabil. Rota post decif. noviss. ubi de Unione, num. 12. vers. Circa praedicta, ubi generaliter docent posse fieri, si unio fiat de Ecclesia Ecclesie; & quod iste consensus debeat esse Capituli capitulariter congregati, non verò Canonico, etiam si majoris partis consensus accesserit, ex Felin. in c. Cum omnes, num. 24. & 28. de Confit. Rota in Calagur. Canon. & decif. 484. num. 6.

355 p. 2. inter Recen. Farinacij. Licet praescriptione possit acquiri ut absque isto consensu Unio fiat, ex Caccialupo de Union. art. 6. n. 10. Oldrad. conf. 262. colum. 1. vers. in Unione.

356 Quae doctrina licet in aliis unionibus applicari possit, tamen ad unionem Cathedralium impossibile est accomodari: quare si Ecclesia juris fuerit Patronatus, & consensus Patroni & consensus Capituli requiritur: Rota dec. 688. n. 2. p. 2. rec. Si verò iusta subest causa, etiam si Episcopus & Cathedralis repugnent, erectio fieri debet: Solorz. de Ind. iur. 10. 2. l. 3. c. 5. num. 17.

358 Quomodo autem intervenire debet, disputant etiam DD. In quo breviter dicendum est praecedere debere tractatum, cum sapiat alienationem, quo habito, quomodo cumque de eo constet, voluntate explicita, sufficit: in Rota declaravit in Elboren. dismembrationis, 18. Novemb. 1600. coram Justo: qua sequitur Lotter. dict. cap. 28. num. 14. usque ad 18. Gratianus discept. 278. num. 32. Hujus autem consensus rationi sufficit quod ad sit per ratihabitionem, nec opus est quod in ipso actu ad sit: & plura circa consensum & modum consentiendi videnda sunt apud Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 28. quest. 11. Exceptio autem defectus consensus Capituli, solum per ipsum potest opponi: Gratianus supra num. 31.

360 Circa verò gubernium harum unitarum Ecclesiarum Cathedralium, plures se offerre possunt difficultates, quas in unum congesti Sacra Concilia Congregatio pro Episcopo Civitatis Castellanae & Hortanae, sub die 8. Junij 1624. ubi latè interrogatio proposita fuit, quam ad litteram proponere placuit.

361 Pro Episcopo Civitatis Castellanae & Hortanae, posita constitutione felic. record. Eugenij IV. super unione Ecclesiarum Castellanae & Hortanae, an residens Episcopus in aliquo loco alterius Duceffis, quamvis non residet in Civitate Castellana & Hortana, satisfaciat suis obligationi circa residentiam? Secundo, in qua ex dictis Civitatibus sit primò inchoanda Synodus; & an Episcopus possit cogere Clerum illius Civitatis in qua ea non celebratur, ad interessendum illi? Tertio, an quando Episcopus conficit Christina in una ex dictis Civitatibus, Clerus illius Civitatis in qua illud non conficitur, teneatur illud ab Episcopo accipere, & an Episcopus ad illi interessendum possit cogere Clerum illius Civitatis? Quarto, an Clerus Hortanus monitus ad recipiendum Oleum sanctum, in contemptum sui proprii Episcopi, accipiens illud ab alieno, possit aliis poenis plecti ultra peccatum mortale? Quinto, an Episcopus volens in Civitate Castellana cognoscere causas Civitatis Hortanae & illius Duceffis, & vicissim causas Castellanae in Civitate Hortana, possit per seipsum illas cognoscere, scribente Notario quomodo maluerit, non solum processu causarum, verum etiam visitationum. Sexto, an Episcopus existens in Duceffis Hortana pro negotiis tunc peragendis illius Duceffis, possit se denominare Episcopo Civitatis Castellanae & Hortanae, aut Hortanae & Civitatis Castellanae, & quomodo etiam debeat denominari quando existens extra residentiam, committit aliquid petagendum in aliqua ex dictis Duceffibus.

Sacra Congregatio Concilij sub die 8. Junij 1624. Respondet ad Primum, Episcopus in aliqua parte alterius Duceffis existens Duceffis residentem, suae obligationi circa residentiam utique satisfacere, dum in aliqua ex suis Cathedralibus resideat, temporibus à Concilio praescriptis, decreto c. 1. vers. Eisdem interim admodum, sess. 25. Ad Secundum, proximam futuram Synodum esse indicendam & celebrandam in Civitate Castellana, in qua ad praesens Episcopus reperitur: deinde verò in Civitate Hortana, & sic deinceps singulis annis observari debere; abque tamen praesidio Partium tam in petitorio quam in possessorio iudicio, & donec Articulus praedentis plenè cognitus & definitus fuerit. Ceterum ad Synodum in altera ex dictis Civitatibus celebrandam nequaquam teneri accedere Clerum alterius Civitatis. Ad Tertium, Clerum unius Civitatis non solum teneri facrum Oleum accipere ab Episcopo, illud in alia Civitate conficente; verum etiam cogi posse eidem Episcopo in huiusmodi ministerio assistere ad sacrorum Canonum

praescriptum. Ad Quartum, posse puniri ab Episcopo. Ad Quantum, Episcopum in una ex dictis Civitatibus existentem posse per seipsum cognoscere causas alterius Civitatis, vel Duceffis, adhibito Notario sibi benevolito tam in processibus conficiendis, quam in actibus visitationis conscribendis, sed tamen debere eum habere rationem ut id non passim, sed raro & aequa ex causa fiat, & in arduis tantum, & in gravioribus negotiis, ne Constitutio Unionis eludatur. Ad Sextum, quemadmodum Episcopus in Civitate Castellana, vel ejus Duceffis assistens, Civitatis Castellanae & Hortanae Episcopus est appellandus; ita e converso, dum in Civitate vel Duceffis Hortana moram trahit, Hortanae ac Civitatis Castellanae Episcopus nuncupari eum, atque inscribi debere. Quod si extra Duceffem resideat, in negotiis ad Civitatem & Duceffem Hortanam pertinentibus, Hortanae & Civitatis Castellanae, in spectantibus verò ad Civitatem Castellanae, & illius Duceffem, Civitatis Castellanae & Hortanae Episcopus esse denominandum, 8. Junij 1624. Cosmus Card. de Torrez.

Quoad detractionem verò in carcerem dubitatur insuper, an Clerici unius Civitatis possint detrueri in Carceres alterius, v. g. Clerici Calagurritani in Calcaeten. & e contra; an verò in qualibet civitate teneatur Carcerem habere Episcopus? In qua, facta item Congregatio 17. Januarius 1604. dedit litteras pro Episcopo Sulmon. & Valven. concurrentibus Clericis Valven. Duceffis, ita scribens: Quoad Amplitudine tua Valven. & Sulmonen. Ecclesie, Dei & Apostolicae Sedis gratia praesertim, ipsam utriusque Civitatis Duceffis aequè prospicere debet; & propterea cum aliquis ex dictis Valven. in carcerem fuerit coniciendus, non ad Sulmonen. Civitatem ducendus est, sed carceribus Valven. Palatii Episcopalis, ubi Amplitudine tua moratur, mancipare debet; ne accedat squalori carceris, etiam itineris incommodum ac verum necessarium deficiat, quas ultra propriam Patriam consanguineis agrè suppeditant, id summa equitate postulat, & ab Amplitudine tua observari mandant Illustrissimi Patres Conc. Trid. Interpretes.

Insuper etiam quoad constitutionem Vicarii in utraque Civitate pro causis cognoscendis, ne Clerici unius Partis ad aliam accedere compellantur; Sacra inter Congreg. die 11. Maij 1594. in causa Sutrina & Nepesina, congerente Sutrinae Civitatis Capitulo, mandavit Episcopo constitutur Vicarium in Civitate Sutri, & mandare Officialibus Curiae Nepesinae ne Clericos Sutrin. in aliquo molestent, nec se ingerant.

Item etiam in Calagurritana & Calcaieten. adinvicem aequè principaliter vicarij, die 7. Septemb. 1630. declaravit Congregatio, Episcopum Calagurritan. volentem procedere ad punitionem Capitaliarum Calcaieten. debere id facere in Civitate Calcaiet. non verò in quacunque parte Duceffis: ut de his omnibus patet ex his quae refert Barbof. de uniu. iur. Eccles. d. lib. 3. cap. 16. ex num. 24. usque ad 29. & Grat. discept. 892. per totam, ubi latè. Vide eundem discept. 655. ubi latissime.

Suppositis verò supradictis Declarationibus, videndum est quomodo illae duae Ecclesiae uniae per unum regantur Episcopus, & quomodo denominatio fieri debeat, & unaquaque sua retineat jura & praesentia. Materiae est text. in d. c. Et temporis, c. Praecipimus, 16. q. 1. de qua Mandol. in reg. 22. Cancel. q. 13. num. 18. usque ad 23. & reg. 12. quest. 1. num. 3. & 4. quem sequitur Gratian. discept. 291. num. 5. & discept. 655. num. 18. & remissivè tantum Gonzal. dict. §. 7. ex num. 29. Itaque denominatio, quotiescumque aequè principaliter facta est unio, sumenda est à loco ubi reperitur Episcopus, juxta supradicta; itaut quotiescumque rescribit Episcopus, debet primo loco ponere nomen Ecclesiae ubi reperitur, ut contingit in Episcopatu Viterb. & Tusculano: ut citato Mandol. in reg. 12. de uniu. q. 1. n. 4. & conf. 27. num. 3. observat Gonz. ex d. num. 29. cum sequi si verò ex his una fuerit dignior, ab ea sumenda est denominatio: L. queritur, ff. de stat. homin. c. literis, de iure Patronat. Rebuff. in praxi, tit. de uniu. num. 16. quod ita observatur in Episcopatu Calagur. & Calcaieten. In quo Episcopus semper anteponi titulum Calagurritanum, ut est notum